





206

B. C. D.  
COLLEGII FEVDALIS

AD  
B. STRYCKII EXAMEN IVRIS FEVD.  
CAP. XI. XII. ET XIII.

DISPVT. V.  
DE

SPECIALI IVRIS FEV-  
DALIS ALTERO

NVNC  
CONSTITVTIONE ET ACQVISI-  
TIONE FEVDI, INVESTITVRA VERA ET  
PRAESVMTA PRAESCRIPTIONE NEMPE  
OCCVPATO

IN ALMA NORICORVM

<sup>SVB</sup>  
P R A E S I D I O

D. HENRICI HILDEBRANDI  
CONSIL. NORIC. ET PAND. P. P.

PLACIDAE AVDITORVM DISQVISIONI  
PROPOSITA

PRID. NON. SEPT. A. O. R. c1o 10ccxv.

A  
IOHANNE PAVLO FLEISCHMANNO  
NORIMBERGENSI.

ALTDORFI

LITERIS IODOCI GVILIELMI KOHLESII, ACAD. TYPOGR.



COLLEGIUM IURIS  
SPECIALI IURIS  
BASIS ALTERO  
CONSTITUTIONE ET ACQUISITIONE  
TITULI IN VESTITURA VERA ET  
PROMPTA PERSCRIPTIONE NEMPE  
LOCATA  
IN ALMA NORICORUM  
P. N. E. J. A. O.  
D. HENRICH HUBERANDI  
CONSILII NORICI ET P. N. E. J. A. O.  
PLACIDAE AUDITORUM DISCRETIONIS  
PROPOSITA  
P. N. E. J. A. O.  
IOHANNES PAULUS FERISCHMANN  
NORICORUM  
MAGISTER  
MATERIA IUDICII CIVILIS ET CRIMINALIS ADPTESSA



B. C. D.

THESIS. I.



Xpositis, quod ad secundum  
 Juris Feudalis speciale princi-  
 pium attinet, rebus in feu-  
 dum dandis, nunc quoque  
 Negotia tradenda veniunt,  
 quibus feuda de novo pro-  
 mittuntur, conitituantur, & acquiruntur, nec  
 non acquisita in alios Successione devolvuntur  
 riteque conservantur, heic isti actus simul per-  
 pendendi veniunt, qui alias vel licite vel illicite  
 circa feuda suscipiuntur. (a)

(a) B. Stryck. *E. I. F. c. 11. usque ad c. 24.* Horn. *in*  
*I. P. F. L. c. 11. usque ad 24.*

Th. II.

Promitti Feudum quidem varia ratione tam  
 inter vivos, donatione nempe, venditione,  
 atque permutatione, quam etiam mortis cau-  
 sa, ut testamento, codicillis, legato ac mor-  
 tis

tis causa donatione, (a) sed non nisi hisce tribus modis, Præscriptione, Investitura atque Successione a domino constitui, a vasallo vero acquiri posse censemus, quamvis nonnulli acquisitionem ejusdem nonnisi unico modo, sola nimirum Investitura perfici autument, (b) ita ut in feudo de novo acquirendo investitio hæc præcedere, (b) in successione autem subsequi debeat, aut in Præscriptione ea intervenisse præsumatur. (c)

(a) Struv. *S. I. F. c. 7. §. 3. & seqq.* Bejer. in *disp. Feud. Schnobel. disp. 5. & 9.* Maurit. *posit. convers. feud. dec. 7. th. 1. 3. 7. 8.* (b) *1. F. 25. B. Rittershus. 1. F. c. 8. n. 1.* Maurit. *cit. dec. 7. th. 2. 5. atque 6.* (c) B. Stryck. *E. 1. F. cap. 11. g. 15.* Struv. *S. I. F. c. 8. th. 12. n. 1.*

Th. III.

Feudum tacita domini feudi & vasalli voluntate constituitur & acquiritur primum præsumta investitura, nempe Præscriptione XXX. annorum, si quis vel suos majores revera investitos, vel se a vero procuratore investitum, vel

vel se fundum ad feudum pertinentem possedisse tanto tempore iuste crediderit, quod tempus licet solum ut longum & legitimum juri feudali cognitum sit & notum, in re ecclesiastica tamen XL. annis demum completur, & in Regalibus feudi titulo praescribendis contra illum, qui Majestate & Superioritate gaudet, immemoriali aëvo tantummodo absolvitur. (a)

(a) Horn. *Jurispr. feud. cap. XI. §. 4.* Struv. *S. I. F. c. 7. apb. fin. & c. 8. apb. 8. ibique* Dn. L. B. de Lyncker. *n. 3.*

Th. IV.

Altera feudi Constitutio & Acquisitio perficitur Investitura seu Investitione. Hæc non pro ipsa feudi possessione, (a) nec pro literis & instrumento feudi concessi, (b) sed pro iplo investiendi actu accepta, die *Belehnung und Lehns-Empfangnus* / (c) perperam alias definitur contractus, sed rectius dicitur actus sollemnis, quo alicui feudum conferatur. (d)

A 3

(a) r.

(a) 1. F. 26. § 28. (b) 2. Feud. 8. (c) 2. F. 1. 2. F. 7. § 25. (d) Bejer. ad Schnobel. disp. feud. 5. th. 3. Maurit. pos. feud. dec. 8. th. 1.

Th. V.

Duplicem quidem esse investituram, propriam die Gewehr / qua res feudalis corporaliter & realiter vasallo traditur, wodurch dem Lehmann das Lehn würckl. und in der That selbstn übergeben und eingeräumet wird; & impropriam, abusivam seu symbolicam, die Belehnung/qua dominus feudi signo quodam, gladio, vexillo, sceptro, annulo, hasta, baculo vel frustulo terræ jus feudi concedit, (a) utramque porro vel novam vel veterem; illa quando primum a Vasallo feudum acquiritur, hæc quando prior in persona successoris repetitur atque renovatur; (b) Ast tertia species investituræ, quæ Expectativa audit, eine Anwartschaft oder Ungefall / pro vera investitura non recte agnoscitur, (c) sed simultaneam Investituram, die gesammte Hand oder Mitbelehnenschaft / omnino veræ investituræ locum intrare & quasi ter-

x(6)

6 A

ter-



tertiam ejusdem speciem constituere verius  
judicamus. (d)

- (a) Bejer. *in not. ad Schnobel. disp. feud. §. Struv. S. I. F. c. 8. aph. 5.* (b) 2. F. 3. *§. 32. 1. F. 22. 2. F. 24.* (c) Maurit. *dec. 8. pos. feud. th. 3.*  
(d) Horn. *Jurispr. feud. c. 12. th. Stryck. E. 1. F. c. 8. q. 42. §. feqq. §. Struv. in S. I. F. c. 7. aph. 4. ibique Dn. L. B. de Lyncker. n. 3.*

Th. VI.

Investitura abusiva dicitur quidem a nonnullis feudistis contractus feudalis, (a) sed illam idcirco duntaxat jus ad rem & non jus in re in taliter investitum transferri, cum primis investitione ejusmodi in rei praesentia & signis facta, nobis persuademus vel minime. (b)

- (a) Struv. *S. I. F. c. 8. Maurit. dec. 7. pos. feud. th. 4.* (b) *arg. l. 47. ff. de contrab. emb., §. vendit. §. 45. l. de R. D. Dn. L. B. de Lyncker. in auct. ad Struv. S. I. F. c. 8. aph. 1. §. c. 7. aph. 2. Horn. l. P. F. cap. 12. th. 2. 3. 4. §. 5.*

Th. VII.

Quanquam hodie Feudorum Imperii Regalium investitura signis quidem, (a) sed raro

ro in re præsentis secundum Imperii observantiam peragatur, & feudorum Imperii non regalium & aliorum mediatorum atque vulgarium investitio plerumque absque signis intervenientibus perficiatur; tamen & hac infeudatione tam dominium feudi, quam facultatem feudi possessionem apprehendendi secundum mores Germanorum vi clausulæ literarum investituræ, a domino eisdem insertæ, er wolle das Gut hiemit würckl. in Lehn gereicht und übergeben haben / transferri putamus, licet actualem immiſſionem & traditionem quandoque non inutilem sed adeo necessariam arbitremur.

(a) B. Stryck. *E. I. F. c. 1. q. 7.* (b) 2. *F. 33.*  
Schilter. *Jus. Allem. c. 4. §. 4.* Horn. *Jurispr. Feud.*  
c. 12. §. 5.

Th. VIII.

Verum non solo contractu feudali, nec sola Expectativa, durch eine Anwartschaft Gedings- oder Anfalls- Versicherung / sive hæc de feudo certo & determinato sit, eines benamten Gedings / sive de feudo incerto aut non deter-

terminato, unbenamten Geding / quod primum apertum fuerit, welches aufs nächste ledig wird / non quidem jus in re futuro vasallo sed jus ad rem tale acquiritur, ut dominus præcise ad investituram & feudum tradendum teneatur. (a)

(a) Horn. *Jurispr. feud. c. 12. §. 18.* Struv. *S. I. F. c. 8. aph. 9. n. 3. & 4.*

Th. IX.

Sicuti olim feuda non sine solennitate & absque præsentia parium curiæ sive convasallorum saltem duorum fuere vasallis investitura tradita, ita nec hodie feuda, cum primis Imperii Regalia, omnitali ceremoniâ & præsentia in actu investitionis destituuntur; Ast Feudorum Imperii non Regalium æque ac aliorum Feudorum mediatorum licet nobilium investitura, vel in Consilio Aulico, vel in cancellaria feudali in præsentia solummodo Consiliariorum rite expeditur, imo etiam vulgarium & ignobilium feudorum traditio sola adeo Domini feudi confessione vel literis feudalibus, vel brevi testato investituram probante absque ullis testibus celebratur. (a)

B

(a) Mau-

(a) *Maurit. posit. feud. dec. 8. §. 7. Horn. Jurispr. feud. c. 12. §. 19. & 20.*

Th. X.

Investitura equidem recte etiam a domino per procuratorem fieri & a vasallo, nisi speciatim hujus præsentia fuerit postulata, pariter rite per mandatarium capi posse, imo si Universitas investienda, ita suscipi debere, autumamus; Ast feuda Imperii regalia semper ab ipso met Imperatore vel Rego Romano data fuisse observantia Imperii edocemur, sed ab hisce juste impeditis investituram tamen etiam per Vicarios fieri posse censemus. (a)

(a) *Maurit. pos feud. dec. 8. th. 10. Horn. c. 12. §. 22.*

Th. XI.

Simultanea investitura, die *Mitbelehnenschaft* oder *gesamte Hand* / licet juri Longobardico sit eatenus cognita atque conveniens, ut tam in feudo antiquo solis extraneis, quam in feudo novo agnatis & extraneis præstet non quidem utile dominium, sed quoddam aliud Jus in re præsentaneum, cum possessore feudi commune & certam successionem in subsidium; in multis qui-

quidem Germaniæ locis & cum primis in Saxonia ea indistincte tam in antiquis, quam novis feudis successuris est necessaria, sed ea tamen non ubique in Germania in feudis antiquis ab agnatis requiritur. (a)

(a) Horn. *I. F. L. c. 12. §. 27. & 28.* Struv. *S. I. F. c. 11. aph. 14. & 15.* Maurit. *pos. feud. c. 11. pos. 7.*

Th. XII.

Licet solemnitates investituræ feudalis consistere dicantur in quatuor partibus, nempe (1.) in legitima ejusdem petitione, *in der Lebens-Ansinnung oder Muthung* (2.) in testatione olim a paribus curiæ saltem duobus, hodie plerumque in feudis non regalibus Imperii & mediatis literis investiturarum, *durch den Lehn-Brief/vel brevi testato, mittelst der Lehns-Bekäntnus oder Lehns-Schein/facta & declarata*, (3.) in fidelitatis juratæ præstatione sive Vasallagio, *in der Lehns-Pflicht fidelitatem & recognitionem feudi, sed non subjectionem vasalli, nisi in feudis Imperii & Landsafficis inferente*. (4.) in inductione in possessionem Feudi, *in der Gewähr oder Einweisung*; tamen nec novæ feudi investituræ

B 2

peti-

petitio ad certum tempus, sicuti renovatio feudi, ad annum & diem, sed ad arbitrium domini duntaxat restricta est, nec inductione in feudum actuali semper est opus, nec ejusmodi solennitas in expectativa sive investitura feudi aperiendi est necessaria, utut simultanee investitus renovationem suæ investituræ, mutato feudi possessore vel domino semper annum inter & diem petere teneatur. (a)

(a) *Maurit. decis. 10. pos. feud. 2. Horn. I. F. L. c. 12. §. 5. & 7. Adrian. Bejer. ad Schnobel. disp. feud. §. 12. & seqq.*

Th. XIII.

Quamquam & ipse feudi dominus ad fidem reciprocam vasallo præstandam obstringatur, nec tamen idcirco vasallo ad juramentum tenetur, nec hoc juramentum a Vasallo ipsi præstitum jus superioritatis lædit, (a) utut id in feudis Imperii omnibus quicquam homagii & subjectionis involvat. (b)

(a) *Stryck. E. I. F. c. 14. q. 16. (b) Horn. Jurispr. Long. c. 13. §. 5.*


Altdorf, Diss., 1715



f

TA → OL nu Ashill

V  
18





206

B. C. D.  
COLLEGII FEVDALIS

AD  
B. STRYCKII EXAMEN IVRIS FEVD.  
CAP. XI. XII. ET XIII.

DISPVT. V.  
DE

SPECIALI IVRIS FEV-  
DALIS ALTERO

NVNC  
CONSTITVTIONE ET ACQVISI-  
TIONE FEVDI, INVESTITVRA VERA ET  
PRAESVMTA PRAESCRIPTIONE NEMPE  
OCCVPATO

IN ALMA NORICORVM

<sup>SVB</sup>  
P R A E S I D I O

D. HENRICI HILDEBRANDI  
CONSIL. NORIC. ET PAND. P. P.

PLACIDAE AVDITORVM DISQVISITIONI  
PROPOSITA

PRID. NON. SEPT. A. O. R. c 15 1000xxv.

A  
IOHANNE PAVLO FLEISCHMANNO  
NORIMBERGENSI.

ALTDORFI

LITERIS IODOCI GVILIELMI KOHLESII, ACAD. TYPOGR.

